



**Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena**

**Cabilliau, Baudouin**

**Antwerpen, 1625**

LXIX. Momi conuitum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

## L X V I I I .

MAGDALENA salutem è nardo  
reperit.

TE fera febris edit tacitas depasta medullas,  
Sanguine defecto vita cadauer olet;  
Vlceraque aspra tument obscœni cœnsa tabi:  
Verminat impuro pure situque sinus.  
Quære quod halat Arabs fors silua , vel afflat  
odoro  
Indus onyx folio: nardina spica placet.  
Ecce, caput nardo roras bene-olentis I E S V:  
Ambrosijs diues stillat aroma comis.  
Quò medeare tuis ardens & faucia plagis,  
Nunc tua queis vñxti , nardina C H R I S T Y S  
habet ;  
Inque vicem dio te nunc rigat vñctus oliuo :  
Quas pluis ægra, capis sana salutis opes.

## L X I X .

*Momi conitium.*

QVI D QVI D id est , animum fœdis quod  
prægrauat ausis ,  
Hoc infans tenero sustinet ore pudor.  
Et sua probra palam casto frons publicat ostro ,  
Quæ clam cor tacito celat opera sinu.  
Hinc tenebras & vela suo frons nuda rubori  
Quærerit , & obscœnum vult tegat umbra caput.  
Nunc igitur tibi si qua sacri sit cura pudoris ,  
Casta verecundis flammœa quære genis.

I 6

Sed

204 BALDVINI CABILLIAVI LIBER V.

Sed tibi purpureā frons abdicat improba nubem,  
Nec nisi fœda leues spargis in ora comas.  
Quale nefas! nudi probra quò piet ista pudoris,  
Nunc opus hīc alius qui tegat ora pudor.

L X X.

*Modestia respondet Momo..*

**M**o·m v s an in lœuam ridendas despuit iras:  
Crudus, & atra nigro cum sale probra  
vomit?

Despue inurbanī fera iurgia & orgia Momi:  
Nolo tuas abdat textilis umbra genas.  
Si frontem sine fronte pudor tibi perfricatorbus  
Sindone; sic nudam dedecuisse decet.  
Qui sua sic nudat inuesti crimina vultu,  
Nec scelus erubuit; criminē liber abit.  
Nec benē quis soluit, quē debet noxa, pudorem;  
Anxia ni soluat frena pudoris Amor.

L X X I.

*M A G D A L E N A animo linquitur  
C H R I S T I explorans vulnera..*

**A**rcanas tacito suspendens ore querelas:  
Magdalē aspectat lugubre mortis opus:  
Exceptumque sinu frigentem lustrat Iesum;  
Rimaturque oculis, vulnera quanta secant,  
Osculaque effusis dat & eripit vda labellis:  
Rursus hians oculis ulcera mille legit.  
O quoties libuit votis accersere mortem,  
Ut toties vidit membra cruenta mori!

Pagē